Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 733
Quelle:
Copyright:

CLXXXIV. Consentius ad Aug. CXIX.
CLXXXV. Aug. ad Consentium. CXX. Noster incipit his *Cap.* I. verbis: *Quod petis, ut Quaestionem* &c.
CLXXXVI. Aug. ad Sixtum. CXCIV. Noster in iis *Cap.* IX. verbis definit: *nondum commissa puniuntur.*
CLXXXVII. Aug. ad Coelestinum. XVIII.
CLXXXVIII. Nebridius ad Aug. VIII.
CLXXXIX. Aug. ad Valentinum et Fratres. CCXV.
CXC. Aug. ad Dioscorum. CXVIII. Sed breve modo Fragmentum a *Cap.* III. verbis: *Huic te mi Dioscore* &c. usque ad *Cap.* IV.
CXCI. *Gesta Augustini quando successorem sibi elegit.* CCXIII.
CXCII. Aug. ad Januarium. LIV.
CXCIII. Idem ad eund. de Celebratione paschae. LV.

CCXXIX. VIII. H. 4.

733 Codex membraneus lat. Sec. IX. Folior. 216. 4. luculento charactere exaratus sequentia D. *Augustini* Scripta complectitur: I. *Alipii* et *Augustini* Epistolam ad *Paulinum Nolanum*, qua is plenius de *Pelagii* erroribus edocetur. Init: *Domino beatissimo et in christi uisceribus germanitus amplectendo. ac plus quam dici potest desiderabili fratri. et coepiscopo paulino alepius et augustinus. Tandem aliquando prouidit nobis dominus* &c. Est edit. *Maur.* T. II. *Opp.* numero CLXXXVI. *col.* 663. ubi monetur, in quibusdam *Codd.* ad *Bonifacium* inscribi. Lectio sat proba est. Imo sub initium mallem recipere *Pelagius Terentii* (scilicet filius) pro eo, quod impressum est, *Pelagius Tarenti.* Finit: *nos de omnibus fieri posse certissimos.*

II. *fol.* 34. p. 2. *Incipit Liber Aureli Augustini ad papam bonifacium.* Haec minio. Libri IV. sunt, qui extant edit. *cit.* T. X. *col.* 411. refelluntque binas *Pelagianorum* Epistolas. Primus incipit: *Noueram te quidem fama celeberrima prædicante* &c. Reliqui quoque, ut in Editis. Finis ultimi: *prouidenter instruit et petentes clementer exaudit.* Ad calcem singulorum Librorum Clausulae aut Inscriptiones litera quadrata. Lectio proba et Editis consentanea.

III. *fol.* 182. p. 2. literis quadratis rubro nigroque alternante versu: *Liber Aureli Augustini Ad Sixtum Romane ecclesię presbiterum.* Postea Pontificem. Initium: *Domino in domino dominorum dilectissimo fratri sancto et conpresbytero Xysto augustinus episcopus in domino salutem dicit. In epistula quam per carissimum fratrem nostrum albinum acoluthum misi* &c. Est T. II. *supracit.* Epistola numero CXCIV. *col.* 715. agitque pariter de erroribus *Pelagianorum.* Finit: *diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.* Itaque abest Formula, quam Edita subdunt. Lectio non minus proba.

IV.